

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Honor f
cum fonte primo

Deiecisti eos dum alleuarentur.
Cum alleuatur, deicitur,
qui honoribus proficit et moribus cadit.

Gregorius in registro.

Multum, fateor, exterius proficiendo interius cecidi,
meque de eorum numero esse pertimesco,
de quibus scriptum est:

Deiecisti eos cum alleuarentur (Ps. 72:18).

Cum alleuatur enim deicitur,
qui honoribus proficit et moribus cadit.

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*, 9.228
(CCSL 140A, D. Norberg ed., p.803, ll.21-25).